## Caesar, de bello Gallico, I,7

Raum für Notizen

1 Caesari cum id nuntiatum esset
2 eos per provinciam nostram iter facere conari
3 maturat ab urbe proficisci et,
4 quam maximis potest itineribus,
5 in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit.
6 Provinciae toti,
7 quam maximum potest,
8 militum numerum imperat, -
9 erat omnino in Gallia ulteriore legio una; -
10 pontem,
11 qui erat ad Genavam,
12 iubet
13 rescindi.
14 Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt,
15 legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis -
16 cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant -,
17 qui dicerent
*18 sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere,*
*19 propterea quod aliud iter haberent nullum;*
*20 rogare,*
*21 ut eius voluntate id sibi facere liceat.*
22 Caesar,
23 quod memoria tenebat
24 L.Cassium consulem occisum (esse)
25 exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum (esse)
26 concedendum (esse)

27 non putabat; _____
28 neque _____
29 homines inimico animo _____
29 data facultate per provinciam itineris faciundi _____
30 temperaturos (esse) ab iniuria et maleficio _____
31 putabat. _____
32 Tamen, _____
33 ut spatium intercedere posset, _____
34 dum milites, _____
35 quos imperaverat, _____
36 convenirent, _____
37 legatis respondit _____
*38 diem se ad deliberandum sumpturum (esse);* _____
*39 si quid vellent,* _____
*40 ad Id. Apr. reverterentur.* _____